

I. LIGUSTRUM (vulgare) L.

Ligustrum germanicum. C. B.

Ligustrum german. albo flore. TIT.

Ligustrum. HELW. Suppl. Pr.

Liguster. Rheinweide. Hartriegel. Saunriegel. Beinholz. Schulweide.

Fl. Iunio. h.

REYGER prope Gedanum observavit spontaneum.

Folia lanceolata, glabra. Flores racemosi, terminales, albi, graveolentes. Baccae ovatae, nigrae, hieme persistentes.

Ob copiosos tenuesque ramulos ad opera topiaria praestat, quaelibetque figura ipsi induci potest. Densas pulchrasque etiam in hortis praebet fepes humiles.

Folia amara infusum dant nauseosum et adstringens.

Pulpa sicca spongiosa violacea baccas replens roseum praebent pigmentum, quo Belgi vinis faturationem conciliant colorem.

Flores mel praebent apibus.

Meloe vesicatorius s. Cantharis, ut vulgo vocatur, saepissime folia in margine rodit, ita ut arte vel natura quasi ferrata videantur.

Lignum praedurum, torneatoribus non invtile.

Vivis radicibus et furculis plantatur.

S Y R I N G A.

Cor. 4 - fida. Antherae parvae. Caps. 2 - locularis.

I. SYRINGA (vulgaris) foliis ovato - cordatis. L.

Syringa coerulea. TIT.

Lilac Mathioli. HELW. Suppl. Bor.

Spanischer oder blauer Flieder.

Spanischer Holunder. Lilak.

Patria. Persia.

Fl. Maio. h.

Flores